

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae XIX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

ἄνδρες χρωῶνται. Isocrates quoque sententias Hesiodi laudat.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρωῖτα] Sic Mediceus liber: reliquos versus non habet. recte, satis enim est, primis verbis locum indicare. quem saepe morem Cicero seruauit. Hesiodi versus hi sunt Oper. et Dier. v. 289.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρωῖτα θεοὶ προ-
πάρουθεν ἐθήκαν

Ἀθάνατοι μακρὸς δὲ καὶ ὄρεσις
οἶμος ἐπ' αὐτήν,

Καὶ τριχὺς τὸ πρῶτον ἐπὶν δ' εἰς
ἄκρον ἵκηται,

Ῥηϊδίη δ' ἡπειτα πέλει, χαλεπή-
περ ἔσσα.

Simonides etiam, apud Clementem Alexandrinum lib. 4. Stromatum, habitare virtutem in rupibus difficillimis, dixit.

EPISTOLAE XIX.

ARGVMENTVM.

Lepta significauerat, diuersatum se esse apud Maculam, beneque ab eo acceptum. deinde petierat a Cicerone, ut a Balbo curam sibi eorum ludorum impetraret, quos Caesar, deuictis iam in Hispania Pompeii liberis, per singulas regiones dare cogitabat; eaque iam de re ad Balbum et Oppium scripserat. De Macula, respondet Cicero, gaudere se, quod officio functus esset, amicitiae humanitatisque debito: eiusque Falernum laudat. Ludorum curationem non probat. Scripta est reuertente ad urbem Caesare post Hispaniense bellum.

EXPLANATIO.

Maculam] Fortasse Pompeium Maculam, amatorem Faustae, L. Sullae filiae: de quo Macrobius lib. 2. Saturn. c. 2.

Eius Falernum] Villa in agro Falerno: de quo Plinius lib. 14. c. 6. Falernus ager a ponte Campano lacu potentiibus urbanam coloniam Sullanam, imper Capuae contributam, incipit. sic Tusculanum, Albanum, Pompeianum, Cumanum, villae, nomine sumpto a propinquis opidis, vel ab agro, ubi opida olim fuerant.

Diuerforio] Et si diuertere verbum commune est, pertinetque ad omnia loca, siue aliena, siue nostra, ad quae de via defleximus, paullo post discessuri: diuerforium tamen appellari non solet, quocumque diuertimus. aliquid enim ha-

bent proprium, quo differant, diuerforium, hospitium, taberna, quam opinor cum caupona idem esse. Diuerforium potest et alienum esse, quo diuertimus amicitiae causa, nec pretio soluendo, nec diu mansuri; et nostrum, nostri commodi causa emptum, aut aedificatum; ne vel ad hospitem, cui molesti esse nolimus, vel ad cauponem diuertere cogamur. itaque lib. 7. epist. 23. ista summa, ait, nae ego multo libentius emerim diuerforium Tarracinae, ne semper hospiti molestus sim. Hospitium duabus rebus cum diuerforio congruit, una, quod modo nostrum est, quo hospites excipimus; modo alienum, quo ipsi excipimur; altera, quod gratuitum: duabus item discrepat; et quod sanctiora quaedam iura obtinet,

obtinet, vnde *hospitales dii, hospitalis Iuppiter*; et quod diuturnioris interdum commorationis est. *Hospites* autem Cicero in orat. pro Cluentio c. 59. usurpauit pro iis, qui diuersantur in caupona. *Hominem*, inquit, *multorum hospitum*, A. Bin-
 nium quendam, coponem, de via Latina, subornatis: qui sibi a Cluentio, seruisque eius, in taberna sua manus allatas esse dicat. Quo loco accepit *hospites* pro peregrinis, vt alibi quoque, non pro iis, quorum sancta iura sunt. *Taberna* et *caupona*, vt verba Ciceronis, proxime recitata, demonstrant, idem sunt inter se, non idem tamen cum *hospitio*, et *diuersorio*. siquidem illa et amicos tantum, et gratis accipiunt: hae vero amicum a peregrino non distinguunt, sed alienis etiam ignotisque hominibus quaestus gratia patent. Hoc tamen animaduertendum, *tabernae* significationem latius patere, quam *cauponae*. nam tabernarum plura genera, in quibus merces venduntur, vt *taberna libraria*, orat. 2. in Antonium c. 9. *tabernae sutrinae*, apud Tacitum lib. 15. *Annal* c. 34. *argentarias* etiam *tabernas* Liuius appellauit lib. 26. c. 11. non in quibus veniret argentum, sed pretio permutaretur, vel de manu, quod aiunt, in manum, vel vt alibi tantundem redderetur: quod hodie quoque fit. nec dubito, quin eisdem in tabernis fenori pecunia daretur. *Tabernae veteres* et *nouae*, circa forum, ex Plauto, Varrone, Cicerone, Liuiio, Plinio, cognoscuntur. ideo Plautus in Men. Act. 2. Sc. 3. v. 81. et in Truc. Act. 3. Sc. 2. v. 29. *diuersoriae* cognomen addidit, vt a reliquis tabernis distingueret. Sunt etiam *tabernae*, hu-

miles aedes, ex tabulis fere confectae, in quibus pauperes habitant, vnde Horatius lib. 1. Carm. od. 4. v. 13.

Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas,

Regumque turres. —

Caupona vendit ea tantum, quae comeduntur, aut potantur.

Petrinum tuum] Villae nomen, a vico Petrino, qui fuit in Sinuessano. Horatius lib. 1. epist. 5. v. 5.

— *Sinuessanumque Petrinum.*

Commorationis est, non diuersorii] Ergo diuersorii commoratio non est. quod supra ostendimus.

De curatione aliqua] Hac de re, vt opinor, sic lib. 13. ad Attic. epist. 46. *Balbus conueni. Lepta enim, de sua vini curatione laborans, me ad eum perduxerat.*

Munerum regionum] Et antiquus liber, et Suetonii testimonium, in Caesare c. 39. ipsa etiam sententia me hortatur, vt, *regionum*, legam. ludi enim significantur, quos Caesar, superatis iam in Hispania Pompeii liberis, per singulas regiones dare cogitabat: id quod e Suetonii cognoscitur historia. Ac, ne quis, mentione a me regionum facta, contradicendi occasionem arripiat, quod ante Augustum diuisa vrbs non fuerit in regiones: ait enim de Augusto Suetonius c. 30. haec: *Spatium vrbs in regiones, vicosque diuisit*: moneo lectorem, vrbs regiones hic vocari quasdam vrbs partes a locis, licet earum certi fines nondum essent, qui postea statuti sunt ab Augusto, Italiam urbemque in regiones diuidente. propterea et Suetonius dixit, ludos regionatim vrbe tota a Caesare,

D d

confe-